

# TITVLVS VI

Honos alit artes. Tu bene uale. Ex Mediolano p̄dīe ca/  
lendas Decembriſ.

## Synonyma Gratulatoria.

Tibi unice gratulor.

Mirifice tibi gratulandū arbitror.

Tibi gratulor supra modum.

Nunc tuae fœlicitati quis non gratuleſt?

Nemo est cui hoc tempore magis q̄ tibi gratulor.

Haud facile possem exprimere: quātōpere tibi gratulor.

Quanta sit mea in re tua gratulatio: nec prolixiore quidē  
epistola exprimeret.

Perinde tuæ gratulor uoluptati: ac si meipsum attigisset.

Tibi uni præ cæteris oīb⁹ hac tēpestate plurimū gratulor.

Gratulandum tibi esse duco: tam uæhementer ut nihil ad  
cumulū addi possit.

Adeo tibi gratulor hac audita fortunæ accessione ut nihil  
me uoluptuosius audire potuisse censeam.

Cū primū accepī q̄ fœlicit̄ tecū actū est: ita gestire cœpi  
& tibi gratulari: ut mei nō uidear esse compos.

Q tam p̄spere tibi successerint omnia & gratulor admo/  
dū & exulto: quippe qui & mibi & bonis omnibus non  
parū esse fructus sperandū arbitror.

Si uis q̄ tibi gratuler. intelligere: q̄ tu tibi gaudeas p̄spicito.

Tua uoluptas mibi cōmuniſſima est.

## titulus sextus.

### Inuitatoria ad amicitia familiaris.

In omni humanae uitæ cursu id præcipue cōsiderandum  
esse arbitror: qđ amicitiae uim complectit̄. Id enim est no/  
stro generi uæhemētius necessariū quo mentes hominū  
ijsdem iungant̄ officijs studiorum: eademq̄ beniuolētiæ  
ui. Q nisi nobis alios amicitia conciliaret: nisi amoris cha/  
ritate quadā teneremur (ut ita dixerim) irretiti: quib⁹ nos  
uel legū: uel cōsuetudinis uinculis alijs deuincerem⁹: aut  
q̄c̄ usui nō suppeditaturos esse cæteros censerem⁹. Sed  
qm̄ ea ē p̄ia qdc̄ amicitia rō: ut honestatis cā sibi uniant̄

## TITVLVS VI

animorum vires. Prima quoq; ac optima est amicitia quæ virtutis gratia fundata sit; radices (ut aiunt) appetuas in fecissimo solo propagatura. Ad hanc consuevere viri boni se Lælius se mutuo inuitare. Quare Læliū Scipionē iuitasse legim⁹ Scipio ut se amaret. Hoc exemplo & ipse productus sum: qui tua virtute singulari⁹ doctrina polleatus te inuitē: ut me non ames solū: sed pietissime cōlectaris & sinu foueas. Nihil erit mihi gratius q̄ ut intelligam abs te amari. Ego autem pro mea virili nō amabo te modo: quem qui nō amet: ille saxe⁹ penit⁹ sit: sed obseruabo: Quid obseruabo dixi: obseruo: ac colo pro ea quæ in te virtus est quo quis homine benemerente dignissima: quemq; præclarissimū virū referente. Nam quantus sis: totus iam orbis terrarum instar miraculi narrat: cui⁹ splendoris tuæq; laudis ptes: ne uidear aut assentari aut adulari: faciā in præsenti missas: ad idē q̄ redibo qd̄ initio cœpi: non esse tibi negligendū ut amaris: ab eo præsertim qui & si tibi adiumento nō ero: laudi certe semp ero. Quare fac ut me ames mutuo. Bene uale Ex Mediolano tertio kalendas Decembbris.

### In uitatoria ad amicitia familiarissima.

Quātus sit tuæ virtutis splendor: una eadēq; omniū accepi uoce: nec potuī nō cōtinuo in te diligendū & amandū incēdi ac inflamari. Sed quia nihil esset in uita foedius q̄ esse in eū studiosum: qui studio non delectaret alterius: cupio summopere pari me beniuolentia psequaris. Nibilo sum em̄ tibi posthac unq; defuturus: qd̄ & in mea sit facultate uel opa. Vtere igit̄ deinceps me fortunisq; meis æque ac tuis omnibus. Tunc me mibi plurimū satifice cisse censebo cum tibi uilla in re maxima satifice cero. Sum adeo tuæ deditus famæ: ut abs te diligi plus appetam: q̄ quicquid reliqui tel diuitiarum cupidi uel gloriae sibi ducent ornatus sublimiusq; appeti aut contingere posse. Bñ uale. Ex Mediolano quarto Nonas Decembbris.

### In uitatoria ad amicitia Gratias.

Cicero Cū reliqua per pulchre ac unice dicat eruditæ Cicero: tū

# TITVLVS VI

id imprimit amicitiam officij præstantissimi genus ad humani generis conseruatione inuentam esse: quæ similitudine quadam & morum & studiorum septa: & ueluti circuallata bonos animos deuinceret atq; tueret. Q si Aristoteles stoteli testimonio: nō secus int' uirtutes iusticia splendet ac lucifer aut hesperus inter sidera: quid præclarus amicitia: quæ iusticie primum atq; præcipuum complectitur & munus & officium. Plutarchus enim ubi uahementius iusticiam laudauit quæ a Catone diffinita est: Animi habitus: cōmuni utilitate seruata: suam cuiq; tribuens dignitas. Hæc dignitas inquit in amicitia solet imprimit distibutu: distibutaq; cognosci: sine qua non solū non uiuerent homines in coetus: sed etiā uiui ab officio longius distraherentur. Quid iucundius in uitac; suauius: & humano generi optabilius: q; habere quibus & domi utamur & foris: cum quibusq; de nostris cōmentemur uel uoluptatibus uel doloribus: a quibusq; uel collachrymantibus uel consolantibus recreemur atq; reficiamur. Sum⁹ in hoc orbe peregrini. Quid aut̄ charius esse solet peregrino: q; ut comites habeat cū quib⁹ & itineris sibi sortem esse cōmunē censeat: & de ijs fabulari possit interdū quæ aut utilitate afferant aut difficultates diminuant. Vide quāt̄ sit societas facienda: ut uel Aeneas iste Trojus: quos habebat famulos atq; ministros: appellat socios. Inqt em apud Virgilii. j. lii: O soci neq; em ignari sum⁹ ante malorū. Q si qs dixe æne. rit in illis non fuisse uerū amicitiae genus: quod simulatio nem dissimulationeq; nō admittit: cum Aeneas simularit illo Maronis carmine: Spem uultu simulat: præmit altum corde dolore: Respōdet ijs casibus amicitiae paratā esse simulandi licentiam cum amicis: quibus amicorum illud figmenti genus conducit succurritq; necessitati. Nam si patri filius qui aberat in castris interemptus esse dicatur: cū primū castra dicunt fugata: gladius paratur que se iugulet. Q si amicus rem dissimulat ad diem: quæ ut Terentius ait: hominibus adimit ægritudinem: eo referabitur in.

# TITVLVS VI

tempore: quo quidē minus moleste feret patientiusq; tolerabit. Has habet & multo plures amicitia vires: qua sub lata uiuēdi ratio inter homines: corrut est necesse. Solis uiueret bæluarū ferino quodā ritu: nec cōiugia celebrarē tur: ut ait Plato: nec incolerent in ciuitatibus domus: nec ullis uel legibus uel moribus locus esset. **A**micitia hæc bo mines ut Theophrast⁹ inqt: sua sp̄ote subdidit iuris æquitati: ut q; se se inuicē colerēt: honestatē nō effugerēt. Hinc domicilia sunt effecta. Hinc coniugia celebrata. Hinc religioni cœpit opera & industria diligens adbiberi. Hinc affinitates: agnationes: cognatiōes: necessitudinesq; prodire. Sed ea ē singularis amicitiæ uis ut Senecæ placet: quæ a virtute hominūq; gloria sibi principiū uendicauit. Alia sunt etiam amicitiæ genera: quæ animorū similitudine solent esse munitissima: quibus idem uoluntatis satis est ferventi studio. Nam quæ Plutarchus afferit amicorū quinq; paria Theseū & Pirithoum. Achillem & Patroclum. Epa minundā & Pelopidam. Phythiam & Damonē. Orestem & Pyladē. Addanē & his etiā Euryal⁹ & Nysus. Aeneas & Achates: nō singula quidē uirtutis sūt fundata manib⁹ q̄i q̄ ad uirtutē omnia tendūt. Alijs em̄ fuere generis propinquitates. Alijs ab ineuntibus annis consuetudo. Alijs aliud quidē in causa. Quare cū ætate sit amor inueteratus. Nec omnis amor laudandus est: cū turpia interdū amenatur a malis. Quid si feruentius longe: q̄ a bonis honestas. Q̄h ego non appellem bonos illos: qui uel honesta non ament: uel cū amare cœperint: nō pseuerent. Est em̄ constantiæ pseuerantiaeq; laus cū in omni ratione bene considerata ut Demosthenes ait: optimā: tū multo laudabilior in amanda uirtute: a qua pendet honesti omnis ratio ac disciplina. Sed non insipide qđ ab Homero usurpatū est: Poeta dixit: geminorū mater amorū. Et a ueterib⁹ Cupido cæcus pingitur: quippe a quibus declaratum sit: sic ad turpia colēda mētes obscenorū allici: ut ad honesta ueneranda clarorum hominū inuitant̄ animi; sed cum aman-

# TITVLVS VI

tur quae mala sunt: cæcos amatores fieri. Quo tandem hæc omnis epistola tendit: quo sum deniq; puenturus huc pfecto ut intelligas: ut primū de tua doctrina: de tua morū ac uitæ innocentia: de tua i omni re gratia factus sum certior: cœpisse me tibi adeo dicari tota mente: ut facilius uitæ cessurus sim: q; huic meæ in te obseruantia. Cupio aut non fieri uox clamantis in deserto: cui nusq; respondeat: ut illud est **Liu;** Opto abs te mibi responderi: mutuūq; meū hoc esse amandi genus: sine qua quidem conditione amicitia dici nequit: cum eā diffinierit **Plato:** quādam uocandī respondendiq; cōuenientiam. At **Boetius** animo & cōcordantiā: at **Xenophon** uolūtatis conformitatē. Itaq; tūc esse ueram nobis comparatā amicitiam duxero: cum uocanti te mibi respondebis: cū æque me prosequeris diligentia: cum me obseruabis: ac te obseruo: cum nil uoles quod ego nolim. In his ego nusq; sum tibi defuturus. Nihil quod ad tuam amplificādam attineat dignitatem: uel omittam uel prætermittā. Deerit mibi prius uita: q; amādi tui & uolūtas & indūstria: in omiq; re quā meo queam præstare ingenio: mea diligentia: meis fortunis: tibi obsequendi: cui quotiens in negocijs quibusq; maximis & difficultissimis ab me satis esse cognouero factum: Mibi totiens gratulandum esse: non secus ducam ac si maximā sim fœlicitatē cōsecutus. At fac contra ut & me ames & nō indignū me uel amore uel cōsuetudine tua existimes. Ad hanc te primus amicitiā inuitō: quā mibi negaturum esse te nō arbitror: cum & in tua sit fundata præstantia: & in tuis sit laudibus radices propagatura. Nulla enim e mente mea te delebit obliuio. Nullus te meæ memoriæ surripiet casus. Nulla temporū intercapedo: Nulla loco & intertulla. Tuus oīno sum: tibiq; deditissimus. Bene uale. Ex Mediolano tertio Nonas Decembris.

**Synonyma inuitatoria ad amicitiā.**  
**Cupio plūrimū abs te diligi.**  
**Inuitō te ut me ames.**

**Liu;**

**Plato**

**Boetius**

**Xenophon**

## TITVLVS VII

**F**acit me tua uirtus amicitiae tuæ cupidissimū.  
**T**anta est tua doctrina ut a te in amicū admitti uæhemen  
tius appetam.  
**C**ogit me tua doctrina tui amoris esse studiosissimū.  
**T**unc ego me fœlicissimū esse ducā: cum me amabis.  
**Q**uid est q̄ assidue religiosius deprecer superos: q̄ ut tibi  
charus sim.  
**T**atifico tuas laudes: ut si me nō indignū beniuolētia tua  
cēsueris: me sis habitur<sup>9</sup> ppetuū præconē tui nominis.  
**E**go tibi afficior plurimū: sed ad te meo respōderi studio  
posco.  
**N**ibil expečto diligentius: q̄ ut tibi me iunctum constan-  
tissimo amoris intelligā genere.  
**S**i me amabis nō solū amando non me uinces: sed inuitat<sup>9</sup>  
uenies in amicitia; non ultro.  
**F**acio plurimi amicitiam tuam: qua ut me dignū censeas  
te unice rogo.  
**D**a mibi mutuo: ut te amem.  
**F**ac me cognoscam tibi non iniucūdum.  
**S**i uis amari: ama: dixit **Seneca**: qđ ut i me serues obsecro  
maximopere.  
**R**espōdebis & tuæ uirtuti pariter & amori erga te meo:  
si numero me cōiunges tuorum amicorū.  
**F**acies rem te unice dignam: si me amabis a quo mirū es  
amatius in modum.  
**N**e diffugias inuitatus amicitiam meam.

¶ **Titulus septimus.**

¶ **Supplicatoria familiaris.**

**A**ffecit me tuus hic seruus nō cōtumelia solū: sed iniuria.  
**N**am cum peterem: ne in tui finibus agrī excedendus mi-  
bi fieret iniurius: ea fuit & pertinacia & insolentia: ut cum  
plurimis in me cōuicijs nō destiterit ab instituto. **N**equi-  
ui non supra modū admirari: cum apud te sit enutritus:  
qui & humanissimus omniū esse soleas & æquissimus. **A**t  
uideo quid inter liberū ac seruum intersit: quātū **Scytha**